



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. Verùm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

414 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XXXII. Cap. I. &c  
cap. unico. ne sede vacante ino. ubi id ip-  
sum similiter dicitur de collatione benefi-  
cij; creatio enim Monachi, quasi quodam  
beneficij, seu tituli regularis collatio ed.

## TITULUS XXXII.

### DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

**G**um superiore titulo de Regu-  
laribus, & ad Religionem  
transeuntribus, generatim  
actum fuerit, at vero specia-  
les difficultates sint, si con-  
jugati converti, seu Religio-  
nem ingredi velint: ideò de hoc titulus pec-  
uliaris annexitur.

#### CAPITULUM I.

##### Præterea.

###### PARAPHRASIS.

Conjux post matrimonium consummatum  
Religionem ingredi, & profiteri non po-  
test, nisi alter conjux licentiam dedit, &  
tunc vel religionem etiam ingrediatur,  
vel si extra periculum incontinentiae se-  
cundum Episcopi judicium versetur, per-  
petuum continentiam in saeculo voveat.  
Ita hic & c. 4. & c. significavit 18. hoc tit.  
Explicavi L. 5. tract. ult. p. 3. c. 7. n. 1.

**C**orollarium. Si alter conjugum Mon-  
asterium ingressus sit, aut professionem  
ediderit, ab Episcopo revocari potest, ac de-  
bet, nisi hic dicitur; quod si alter conjux, in  
saeculo manens, licentiam dederat, licet tunc  
actionem propriè non habeat, potest tamen  
judicis officium allegato incontinentiae pe-  
riculo, & Can. constitutione implorare, ut  
conjux ingressus, aut professus revocetur,  
& sic etiam ad instantiam partis revocatio-  
feri potest. Qua de re plenius disputat

Sanctus L. 7. de Mat.

D. 33. q. 2.

#### CAPITULUM II.

##### Verum.

###### PARAPHRASIS.

Si post matrimonium legitimè contrahit,  
non consummatum, alter conjux mo-  
to repugnante, Religionem proficitur,  
sicuti quosdam sanctos à nuptiis voca-  
legimus (videlicet S. Theclam, S. As-  
xiu, S. Cæciliam & alios apud Sanctos  
S. Greg. l. 4. dialogo. c. 14.) alter conju-  
in saeculo manens, si monitus contine-  
tiam servare nolit, liberè ad alias mu-  
nicipias transire potest; cum enim per ca-  
nalem conjunctionem non sint una ci-  
tro effecti, separari possunt (five alio  
conjugi consentiat, five non) in, in-  
clusus ad Deum transcat, alter in saeculo  
maneat.

###### SUMMARIUM.

Matrimonium ratum non consummatum  
solvitur per professionem in Religionem  
approbatam.

**N**otandum. Matrimonium ratum non  
consummatum solvitur per professionem  
in Religionem approbatam. Ita hic & in c. 1.  
sponsatus 27. & c. sequente can. 27. q. 1.  
ex publico 7. hoc tit. c. 1. de votis 6. & c.  
xi l. 5. tract. ult. p. 2 c. 1. & p. 3. c. 11. n. 1.  
deri potest. Gloss. in c. quapropter  
37. eadem q. 2. c.



CAPL